ERECTIO
MONTIS NON VACABILIS PASSARANI SCVTORVM CENTVM MILLIVM FACTA

PRO

ILL.^MO ET EXCELL.^MO D. MARTIO COLVMNA DVCE ZAGAROLI

Auctoritate S. D. N. D. PAVLI PAPAE V. cum amplissimis priuilegijs.



ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ. M. DC. VII.

PAVLVS PAPA V.

MOTV PROPRIO ETC. Romani Pontificis, & Apostolicæ Sedis dignitati maximè conuenire censemus, vt Nobiles Viri suæ Ditioni temporali subiecti, quorum merita præcipuè id exposcunt eiusdem Sedis aliquo gratiæ fauore ab incommodis, & necessitatibus subleuentur. Igitur volentes Dilectum filium Martium Columnam Zagaroli Ducem fauoribus & gratijs prosequi specialibus, vt minori damno, & iactura, & absque suorum bonorum stabilium distractione ab ære alieno quo (sicut accepimus) varijs quidem ac vrgentibus causis conflato prægrauatur, se, suosq; hæredes, & descendentes facilius & commodius valeat liberare, ac de scutorum triginta millium summa pro recuperatione Tenutæ Passarani nuncupatæ debita dilecto filio Francisco Columnæ Principi Prænestinorum satisfacere, Motu simili, non ad ipsius, aut cuiusuis alterius pro eo nobis oblatæ petitionis instantiam: sed ex certa scientia, meraq; deliberatione, & liberalitate nostris, ac de Apostolicæ nobis attributæ potestatis plenitudine vnum Montem non vacabilem Passarani nuncupandum, scutorum centum millium monetæ à die prima Iulij præsentis Anni Millesimi Sexcentesimi Septimi inchoañ, & post Septennium, vt infra redimibilem locorum & portionum mille, scutis centum similibus pro quolibet loco computatis, & cuius loca resignabilia sint, & nunquam vacent ad instar aliorum Montium non vacabilium Rom. Cur. fructus autem singulorum locorum (quos in sortem minimè computari posse volumus) scuta sex monetæ similis quolibet anno, ac de bimestre in bimestre pro rata soluenda sint, & esse debeant pro ijs nempè omnibus, & singulis, qui eiusdem Martij fidem sequentes pecunias suas in ipso Monte collocare voluerint, in & super Castrorum & tenutarum Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, ac Turris in agro Romano consistentium, membrorumq; pertinentiarum, & iurium eorumdem iam sicut accepimus dilecto filio Horatio Bubalo Romano ad nouennium die prima Septembris anni

Sanctissimus Dominus Noster ex causis hic expressis erigit Montem non vacabilem Passarani nuncupatum Scutorum cẽtum millium monetæ à die prima Iulij proximè præteriti inchoatum ad rationem annui redditus scutorum sex monetæ pro quolibet loco & anno.

Super fructibus Castrorum & tenutarũ Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, & Turris nunc pro annua responsione scutorum septem millium, lo-

catorum, necnon aliorum bonorum Excellentissimi Domini Martij Columnæ, & ab eo possessorum.

ni proximè præteriti Millesimi Sexcentesimi Sexti inceptum pro annua responsione scutorum septem millium monetæ similis locatorum, & per ipsum Martium pacificè possessorum, aliorumq; bonorum quorumcunq; ad ipsum Martium spectantium fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis quibuscunq; sine tamen præiudicio Iurium Cameræ nostræ Apostolicæ, ac eiusdem Martij ad hæc accedente consensu tenore præsentium erigimus, & instituimus. Ac ab Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, ac Turris, suorumq; membrorum, pertinentiarum, & Iurium prædictorum, vt præfertur locatorum vnam, ac certam pro dote, & fructibus dicti Montis scutorum sex millium monetæ ab aliorum verò bonorum dicti Martij, etiam Ducatus Zagaroli fructibus, redditibus, ac prouentibus ordinarijs, & extraordinarijs certis, & incertis quibuscunq; aliam pro supplemento dotis, & eiusdem Montis extinctione vt infra facienda scutorum trium millium similium annuas summas, & quantitates ab omni, & quocunq; onere ordinario, & extraordinario, etiam ex quauis vrgenti, & vrgentissima causa hactenus imposito, vel in futurum forsan imponen. ac prorsus, & omnino liberas, immunes, & exemptas à dicta die prima Iulij quo ad ratam fructuum, quo vero ad ratam pro extinctione assignatam à die prima Ianuarij Anni Millesimi Sexcentesimi Decimi dismembramus, diuidimus, & separamus, ac eidem Monti, futurisq; illius emptoribus, & creditoribus pro dote fructibus, & extinctione prædictis respectiuè à dicta die assignamus, cedimus, applicamus, & appropriamus, eosq; tàm vti singulos, quàm vniuersos quoad annuas summas prædictas, illarumq; exactionem, & consecutionem in omne Ius, locum, & priuilegiũ eiusdem Martij, suorumq; hæredum, & descendentium ponimus, substituimus, & subrogamus. Ipsaq; etiam Castra Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, ac Turris cum suis tenutis, membris, Iuribus, & pertinentijs quibuscunque, & respectu etiam integræ annuæ summæ scutorum nouem milliũ dicto Monti assignatæ omnia, & singula alia eiusdem Martij, suorumq; filiorum, hæredum, & descendentium, Terras, Castra, & bona quæcunq;, ac tenutam etiam Passarani nuncupatam à Francisco Columna antedicto nunc possessam, & ab ipso Martio ex precio dicti Montis solutione si quidem scutorum triginta millium recuperandam eo ipso quo fuerit recuperata eisdem Montistis, & creditoribus pro sorte, & fructibus eiusdem Montis, ac integræ annuæ summæ prædictæ scuto-

Dismembratio, & assignatio scutorum sex millium pro dote, & fructibus Mõtis super introitibus dictorum Castrorũ, & tenutarum à die prima Iulij supradicti, & aliorũ scutorũ triũmillium pro supplemento, & extinctione eiusdem Mõtis super alijs introitibus Excellẽtissimi D. Martij Ducis.

Obligatio, & hippothecatio dictorũ Castrorũ, & tenutarũ, ac omniũ, & singulorum aliorum Castrorum, Terrarum, & bonorum ipsius Excellentissimi Domini Martij, suorũque filiorum, hæredum, & descendentium, ac etiam nominatim tenutæ Passarani ex precio Mõtis recuperandæ.

rum

rum nouem millium eidem Monti vsq; ad illius integram extinctionem assignatæ, necnon Depositarijs, fideiussoribus, & alijs occasione dicti Montis, seù illius fructuum quomodolibet obligandis pro eorum indemnitatis releuatione, aliorumq; promissorum obseruatione, præter quascunque alias promissiones, obligationes, & cautelas generaliter, specialiter, & expresse obligamus, & hipothecamus, ac obligata, & hipothecata fore, & esse decernimus, & declaramus, etiam si super illis, aut illorum aliquo aliquod fideicommissum, pactum de succedendo Primogenitura Maioricatus, seu quæuis alia conditio, & dispositio, aut alienandi, obligandi, seu alias hipothecandi prohibitiones per quoscunq; eiusdem Martij antecessores ascendentes, siue Collaterales, & quosuis alios, etiam transuersales, & penitus extraneos, etiam ex pacto, & prouidentia, & pro conseruatione familiæ agnationis, & in fauorem liberorum descendentium, aut alia quantumuis fauorabili, pia, & iusta causa, & seù alias quomodolibet factæ, appositæ, & inductæ fuissent, aut illa sub caducitatis, & deuolutionis, aut alia quacunq; pœna ad quarumuis personarum, etiam quantumuis priuilegiatarum, aut piorum locorum fauorem ex quocunq; capite, & quauis de causa, aut alias quomodolibet grauata, & onerata sint, vel fuerint occasione fideicommissi, legati, pacti de succedendo, aut cuiusuis alterius dispositionis, & cuiusuis contractus, quæ omnia illorum omnium, & singulorum tenores pro expressis, insertis, & registratis habentes in ipsorum Montistarum, ac etiam Depositariorum, fideiussorum, & aliorum quomodolibet ad hæc obligandorum fauorem, ac præmissorum, & infrascriptorum omnium validitatem, ac totalem, & integram executionem dicto Monte durante suspẽdimus, locumq; habere, & effectum sortiri minimè posse volumus. Creditores verò, & fideiussores eiusdem Martij, aut filiorum, & descendentium suorum, & quosuis alios quomodocũq; priuilegiatos, etiam priores & potiores si qui sint, vel fuerint, tã vigore obligationis in forma Cameræ, quàm per quarantigiam, vel alia sub quauis forma, & conceptione verborum cum vno, vel pluribus iuramentis, & quantumuis priuilegiatæ, etiam ex causa dotis, & alimentorũ, aut alias quomodolibet in, & super Castris prædictis Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, & Turris, Iuribusq;, membris, &

Derogatio amplissima cuiuscunq; fideicommissi primogenituræ maioricatus conditionis, & contrariæ dispositionis, & prohibitionis.

Creditores quicũq; etiam priores, potiores, & priuilegiati

 per-

nõ possunt exercere eorũ obligationes, & hippothecas super Castris, & tenutis, illorumq; redditibus Monti assignatis, nisi facta excussione aliorum bonorum.

pertinentijs, ac redditibus eorumdem eidem Monti assignatis, dictaq; tenuta Passarani, postquam vt præmittitur fuerit recuperata generales, vel speciales, tacitas, vel expressas obligationes, & hipothecas habentes non posse donec Mons ipse durabit in & super eisdem Castris, tenutis, iuribus, membris, & pertinentijs, illorumq; redditibus dicto Monti assignatis, & obligatis, vel contra eorum conductores, & affictuarios nunc, & pro tempore existentes easdem obligationes, & hipothecas exercere, nec actionem, seu iudicium aliquod intentare, minusq; super illis Montistas, aliosq; præfatos molestare, vel impedire, nisi facta aliorum bonorum eiusdem Martij, suorumq; filiorum, hæredum, & descendentium eis obligatorum excussione, & quatenus alia bona pro eorumdem creditorum satisfactione non sufficiant, excepta semper dicta tenuta Passarani, quæ tanquàm recuperanda ex precio dicti Montis semper in fauorem Montistarum, & creditorum eiusdem Mõtis specialiter, ita tamen, quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra obligata, & hipothecata remaneat, & super ea in eorumdem Montistarum præiudiciũ nemini alteri ex quauis, etiam quantumuis pia, priuilegiata, & fauorabili causa acquiri possit: sed ipsi Montistæ omnibus alijs venientibus ex quauis causa, vt supra, semper præferantur, & præferri debeãt. Nos enim Castra prædicta, dictamq; tenutam Passarani postquàm, vt præfertur, fuerit recuperata, cum iuribus, membris, & pertinentijs, ac redditibus suis antedictis ad hunc effectum ab alijs obligationibus, & hipothecis si quæ sint durante Monte, & quoad hoc vt excussio aliorum bonorum prius fieri debeat eximimus, & liberamus, obligationesq;, & hipothecas omnes prædictas si quæ sint in alia quæcũq; eiusdem Martij, filiorumq;, hæredum, & descendentium suorum præfatorum Terras, Castra, bona, iura, introitus, & redditus durante eodem Monte, & ad effectum prædictũ tantum transferimus, & translata esse declaramus. Pro faciliori autem omnium præmissorum executione, & implemento, vtq; Mons huiusmodi aliquando extinctus remaneat, eoq; durante debitis terminis fructuum, & emolumentorum solutio fiat, volumus, statuimus, & ordinamus, quod pecuniæ omnes, tàm pro fructibus, quàm pro supplemento dotis, & extinctione Montis assignatæ ad manus Depositarij eiusdem Montis ab eodem Martio, seu etiam ab eo cum

Super tenuta Passarani ex precio Montis recuperanda nulli alteri ius acquiri possit.

quo

quo super eiusdem Montis venditione, vel administratione conuenerit eligendi, qui campsor publicus, fideq; & facultate idoneus sit, ac de soluendis fructibus se obliget integrè, & omninò perueniant, eiq; persoluantur, ex quibus in primis, ac liberè, & omni prorsus impedimento cessante, singulis annis, de bimestre in bimestre, in fine proportionabiliter, & pro rata locorum, quæ obtinebunt Creditoribus, & Montistis singulis satisfiat, quod autem deductis fructibus singulis annis supererit, durante spatio septem annorum, à die prima Ianuarij Millesimi sexcentesimi decimi computandorum, in emptionem tot locorum, siuè eiusdem Passarani, siue aliorum Montium non vacabilium ipsius Martij arbitrio, ijsdem verò annis septem elapsis in extinctionem locorum eiusdem Montis Passarani fideliter, & diligenter conuertatur, locaq; vt præfertur, interim durante septennio emenda, vnà cum illorum fructibus, & augumentis, alijsq; pecunijs omnibus, tàm pro dote, quàm pro supplemento, & extinctione, vt præmittitur assignatis, & pro releuatione fideiussorum dicto Monti obligandorum eidem Monti adeo sint addicta, vt diuerti, distrahi, alienari, obligari, vel etiam sequestrari, aut impediri non possint, nec alicui alteri super illis ius aliquod acquiratur, lapsoq; septennio, statim, ea loca omnia prædicta vendantur, & precium cum alijs pecunijs, tàm ex eorumdem locorum fructibus prouenientibus, quàm alias extinctioni dicti Montis assignatis, & tunc debitis eidem extinctioni solutis Montis fructibus applicetur, & deinde singulis annis pecuniæ omnes, quæ in fine anni solutis fructibus extabunt in extinctionem ipsius Montis erogentur donec Mons ipse remaneat extinctus, Ipsius verò Montis extinctio fiat per extractionem ex vrna, prout de Monte Populi Romani, & Prouinciarum fieri consueuit, restitutis Creditoribus scutis centum monetæ pro loco quolibet, ac solutis fructibus eo vsq; & per quindecim dies post publicatam extractionem debitis, & decursis, ita tamen quod Montistæ, & Creditores extinctionem præfatam procurare minimè teneantur: sed quoad eos Mons donec fuerit extinctus perpetuus sit, & esse censeatur. Volumus insuper pro Montistarum, & aliorum in his eiusdem Martij fidem sequentium cautela, quod idem Martius teneatur, & debeat pro præstatione, & solu-

Trãslatio hippothecarum si quæ sint in alia bona Excellentissimi Domini Martij, suorumq; hæredũ, & descendentiũ.

Pecuniæ omnes tàm pro fructibus, quàm pro extinctione assignata ad manus Depositarij perueniant ex quibus fructus de bimestre in bimestre Montistis soluãtur residuum per septennium à die prima Ianuarij 1610. in emptionem tot locorum Montium conuertatur.

Lapso septennio à die prima Ianuarij 1610. computando, & non prius incipit extinctio Montis.

tione dictæ annuæ summæ scutorum sex millium monetæ dotis, & fructuum nomine, in manibus Depositarij dicti Montis de semestre in semestre anticipatè, & reliquæ etiam annuæ summæ scutorum trium millium pro supplemento dotis, & maiori securitate, & effectu supradictæ extinctionis, saltem in fine cuiuslibet anni omnino liberè, integrè, & sine diminutione facienda, ac pro pecuniarum introituum, Iurium, & bonorum dicto Monti, vt præmittitur assignatorum euictione, & defensione generali, & particulari, ac de faciendo obligare eumdem Horatium Bubalum modernum, & alios futuros eorumdem Castrorum Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, & Turris, tenutarumq; Iurium, membrorum, & pertinentiarum eorumdem Conductores, & Affictuarios ad fauorem Montis pro solutione, & præstatione annua dictorum scutorum sex millium, de semestre in semestre anticipatè in manibus eiusdem Montis Depositarij facienda, & quoad Horatium modernum Conductorem præstatione, etiam Cedulę, seu cautionis bancariæ in locationis instrumento promissę, & de tenendo locatos semper durante Monte introitus, & redditus Castrorum, illorumq; tenutarum, Iurium, membrorum, & pertinentiarum prędictorum pro eadem, & non minori pensione, & responsione scutorum septem millium, & cum idoneis cedulis bancarijs, seù cautionibus, ac de renouando, seu de nouo faciendo locationes eorumdem per sex menses ante finem cuiuslibet affictus, & cum eisdem, seu paribus pactis, precijs, & conditionibus, & equè idoneis cedulis bancarijs, & cautionibus, & cum obligationibus in illis semper appositis ad fauorem Montis de soluendo in manibus eiusdem Montis Depositarij, & in terminis, modoq; & forma prędictis dictam summam annuam scutorum sex millium monetæ, talesq; Depositarios quousq; Mons ipse durabit eligendo, & constituendo, qui Campsores publici in Vrbe, ac fide, & facultate idonei existant, & pro solutione fructuum ad Montistarum fauorem sint obligati, ac denique omnium, & singulorum in presenti nostra Motus proprij Cedula, & in Instrumento desuper celebrando contentorum quorumcunq; perpetua validitate, obseruatione, & adimplemento se, suosq; hæredes, & successores, ac descendentes quos-

Montistæ non tenentur procurare extinctionem: sed quoad eos Môs perpetuus sit.

quoſcunque, ac prędicta, & omnia, & ſingula ſua, & dictorum filiorum, hæredum, ſucceſſorum, & deſcendentium bona mobilia, & immobilia, etiam iuriſdictionalia, credita, actiones, & iura quęcunque, pręſentia, & futura, etiam in ampliori, & pleniori Cameræ noſtræ Apoſtolicę forma, & ſub iuramento, alijsq; clauſulis, & cautelis opportunis obligare, & hipothecare, facereq; his omnibus dilectam filiam Iuliam Columnam Coniugem, & dilectum etiam filium Petrum Franciſcum primogenitum filium eiuſdem Martij, & ſucceſſiuè omnes alios pro tempore primogenitos ab eiſdem deſcendentes durante Monte prædicto pro omni, & quocunque eorum Iure, & intereſſe præſenti, vel futuro, etiam dotium, & cuiuſcunque Succeſſionis reſpectiuè conſentire, ac etiam vnà cum ipſo, quo ad omnia equè principales, principaliter, & inſolidum in eàdem forma Cameræ, & ſub iuramento, alijsq; præfatis càutelis obligare. Nos enim, tàm eidem Martio, quàm eiſdem Iuliæ Coniugi, & Petro Franciſco filio primogenito, & alijs futuris primogenitis, etiam quod illa mulier, & iſti filij familias, & minores viginti, maiores tamen quatuordecim annis exiſtant, & etiam quod in conſenſibus, promiſſionibus, obligationibus, & inſtrumentis, decretum Iudicis, conſenſus curatorum, vel conſanguineorum, & affinium, aliquè ſolemnitates, tàm à iure communi, quàm municipali, ſeù Vrbis Statutorum, & Reformationum requiſitę non interueniant: ſed tantummodo coram duobus teſtibus, & Notario, vt ſupra, ac ſtrictius conſentiendi, promittendi, ſeſeq; obligandi, & deſuper contrahendi, ac inſtrumenta, aliaq; neceſſaria, & opportuna faciendi, licentiam, & facultatem plenam, & amplam (ſine pręiudicio Iurium Camerę vt ſupra) concedimus, & impartimur, conſenſusq;, promiſſiones, obligationes, contractus, inſtrumenta, & alia inde facienda ęquè, ac ſi in quauis legitima, & magis exquiſita forma, & cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis factę fuiſſent, etiam ſi de illis eſſet hic habenda mentio, & expreſſio magis indiuidua, & ſpecialis illarum tamen tenores, & formas, hic pro expreſſis, & inſertis habentes validas fore, & eſſe, ſuosq; effectus ſortiri, vimq;, robur, & effectum perpetuò obtinere decernimus, & declaramus, ac plenariè ex nunc confirmamus, & appro-

bamus, nostræq; Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac tàm prædictos, quàm omnes alios quoscunq; iuris, vel facti, & solemnitatum defectus, etiam substantiales, & formales, si qui interuenerint in eisdem nostra Apostolica auctoritate supplemus, & nihilominus præter has, & quasuis alias cautelas, volumus, statuimus, & ordinamus, quod in euentum non obseruationis, aut non adimplementi præmissorum, aut alicuius eorum, & contractus, & in omnes, & singulos casus contrarietatis, & impedimenti circa præmissa, & in instrumento desuper celebrando contenta, vel eorum quodlibet ex quouis capite ratione prætextu, vel causa, etiam in corpore Iuris clausa, liceat eisdem Emptoribus, Depositarijs, necnon Fideiussoribus, & alijs obligatis, Collegioq;, & Montistis prędictis per se, vel alium, seu alios eorum, dictiq; Montis nomine, tàm coniunctim, quàm diuisim propria auctoritate, & sine alicuius Iudicis, seu Curiæ decreto, vel mandato, & absque vitio spolij, & attentatorum corporalem, realem, & actualem possessionem omnium & singulorum Castrorum Oleuani, Gallicani, Passarani, Montis Fortini, & Turris, suorumq; membrorum, Iurium, & pertinentiarum, necnon postquàm fuerit recuperata, & per eumdem Martium pacificè possessa, etiam Tenutæ Passarani, & illis non sufficientibus, etiam aliorum bonorum eiusdem Martij, suorumq; filiorum, hæredum, & descendentium, dicto Monti quomodolibet obligatorum quandocunque licitè, & liberè capere, intrare, apprehendere, captamq; & apprehensam retinere, & continuare, necnon fructus, & emolumenta ex Castris, tenutis, & bonis prædictis prouenientia pro concurrenti quantitate dicto Monti, tàm dotis nomine, quàm supplementi, & extinctionis causa, vt præmittitur assignata, & debita percipere, exigere, leuare, aut si magis ipsis videbitur expedire illa in toto, & pro parte quibusuis personis, ac pro precio, seù precijs, vel pensionibus, & sub conditionibus reperibilibus, ac ad tempus eis beneuisum semel, & pluries, & quoties, & prout eis placuerit, etiam ipso Martio, suisuè filijs, hæredibus, & descendentibus irrequisitis, & etiam contradicentibus locare, arrendare, ac in locationem, & arrendam concedere, ac affictus, & responsiones huiusmodi pro concurrenti quan-

Obligationes faciendæ ab Excellentissimo Domino Martio, & Excellentissimis Dominis Iulia Coniuge, & Petro Francisco filio eiusdem D. Martij.

 titate

titate summæ dicto Monti, tàm pro solutione fructuum, quàm pro supplemento, & extinctione, vt supra assignata percipere, exigere, & recuperare, & de exactis, recuperatis, & habuisse confessis soluentes, & quos opus fuerit, quietare, ac in soluentium fauorem, iura, & actiones cedere, & transferre, ac etiam precijs, pactis, & personis reperibilibus, & eis beneuisis vendere, & alienare, instrumentaq; desuper quomodolibet necessaria, & opportuna cum clausulis requisitis conficere, & celebrare ad quæ, & alia præmissa omnia, & alias circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna ijdem Emptores, Depositarij, Fideiussores, & obligati, Collegiumq; & Montistæ, & eorum singuli insolidum Procuratores irreuocabiles, & Domini, vt in rem suam propriam, cum facultate substituendi, sequestrandi, & alijs clausulis, & facultatibus opportunis intelligantur, & sint specialiter, & expresse constituti, & deputati, prout ipsos tales constituimus, & deputamus. Precium autem dicti Montis ab eodem Martio, seu ab eo deputañ conuerti, & erogari volumus, mediante Depositario dicti Montis, videlicet pro rata scutorum triginta millium pro recuperatione dictæ Tenutæ Passarani, & pro residuo in satisfactionem Creditorum dicti Martij per illum in Instrumento consensus huiusmodi erectionis, seu alias, prout eidem magis videbitur exprimendorum, qui tamen Creditores in actu solutionis eis facieñ teneantur omnia, & singula eorum Iura, etiam prioritatis, & potioritatis contra quoscunque cedere, & transferre in fauorem, & ad maiorem cautelam Creditorum, & Montistarum dicti Montis Passarani, & illius Depositarij, & Fideiussorum, sine præiudicio aliorum priuilegiorum prædictorum, & aliorum remediorum, iurium, & actionum eis quomodolibet competentium ad effectum illis vtendi, illaq; experiendi pro eorum releuatione, promissorum obseruatione, summæ solutæ, ac damnorum, expensarum, & interesse passorum recuperatione, & in euentum inobseruantiæ promissorum, & promittendorum pro parte dicti Martij, & in alijs casibus, & ad alios effectus illis magis proficuos, & cum alijs clausulis opportunis, duraturis vsque ad extinctionem dicti Montis Passarani. Et insuper volentes Montem prædictum specialibus priuilegijs,

Facultas Montistis, & Depositario in euentum non obseruationis, & non adimplementi capiendi possessionem Castrorum, & tenutarum, illaq; & illas locandi, & etiã vendendi.

Precium Montis conuertitur in satisfactionem creditorum, qui in actu solutionis cedere debeant eorum Iura in fauorem Montis.

legijs, & gratijs decorare. Motu scientia, & potestate similibus perpetuò statuimus, decernimus, ordinamus, & declaramus, quod quicunque, etiam laici vtriusque sexus, ac Presbyteri, & alij Clerici, necnon Ecclesiarum, aut alij quicunque Prælati, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac ceteri cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis seculares, & quorumcunque ordinum, etiam in communi Mendicantium, ac Militiarum, vel Hospitalium regulares, & aliæ quæcunque personæ cuiusuis ætatis, etiam minores, & pupilli, & etiam spurij illegitimi, aut alias quomodolibet inhabiles, & incapaces, necnon Communia, Vniuersitates, Ecclesiæ, Capitula, Collegia, Congregationes, Conuentus, Societates, Hospitalia, Capellæ, & alia quæuis tàm profana, quàm pia, & religiosa loca, tàm intus, quàm extra ditionem nostram temporalem, & etiam in qualibet mundi parte, & pro tempore existeñ (infidelibus tamen semper exceptis) etiam si personæ, & alij prædicti, quoduis etiam enorme non tamen in crimine hæresis, aut in personam Romani Pontificis, seu eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ alicuius Cardinalis delictum extra dictum Statum Ecclesiasticum commisissent, & pro eo damnati, & banniti fuissent, seu in futurum committi, damnari, & exbanniri contigerit. Nihilominus in Monte huiusmodi quascunque pecuniarum, etiam ex Metropolitanarum, Cathedralium, aut aliarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum, Abbatiarum, Hospitalium, Militiarum, Commendarum, & quorumuis Ecclesiasticorum, tàm secularium, quàm regularium beneficiorum, & seu etiam pensionum fructibus, redditibus, & prouentibus, tàm hactenus acquisitarum, quàm in posterum acquirendarum quarumcunque summas, & quantitates semel, & pluries, ac quoties eis visum fuerit, non tamen infra summam scutorum centum monetæ conferre, ponere, & erogare; ac pro singulis locis, & portionibus prædictis annua scuta sex monetę similis in fine cuiuslibet bimestris illorum ratam sine aliquo conscientiæ scrupulo, seu sortis principalis restitutione, aut quouis alio restitutionis onere, ac omni prorsus impedimento cessante percipere, consequi, & in eorum vsum, & vtilitatem conuertere liberè, & li-

citè

erè possint. Quodq; dictus Mons Passarani, & quicunque illius Creditores, qui pro tempore fuerint, non solum prędictis: sed etiam omnibus, & singulis alijs facultatibus, iuribus, iurisdictionibus, immunitatibus, libertatibus, pręrogatiuis, priuilegijs, honoribus, exemptionibus, gratijs, & indultis, tàm Cęsarino, Sabellio, Columnensi, Caetano, Domicellorum, necnon Fidei, Religionis, quàm quibuscunque alijs Montibus non vacabilibus per Romanos Pontifices Prædecessores nostros erectis quomodolibet concessis, etiam si specialem notam, & expressam mentionem, vel insertionem exigerent, quæ omnia hic pro expressis, & de verbo ad verbum insertis, extensis, & registratis haberi volumus pariformiter, & æquè principaliter, & absque vlla prorsus differentia vti, frui, potiri, & gaudere liberè quoque, & licitè valeant harum serie concedimus, & indulgemus. Decernentes Montem Passarani huiusmodi, illiusq; loca respectu eius dotis fructuum, emolumentorum, & aliarum assignationum prędictarum nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut mensium, seu mensatarum quarumcunque retentionibus, & quibuscunque alijs contrarijs dispositionibus, etiam prætextu enormissimę lesionis, vrgentis necessitatis, aut etiam euidentis vtilitatis, & ex quauis alia cogitata, & incogitata, etiam necessario exprimenda causa subiecta, vel alias quomodolibet obnoxia fore, vel esse: sed firma, & valida semper persistere, & ab illis fore, & esse semper excepta, nec Martium Ducem, minusq; Emptores, & quosuis alios dicti Montis futuros Creditores, Depositarios, Fideiussores, & obligatos, illorumq; hæredes, & successores quoscunque, seu ius, & causam ab eis quomodolibet habentes, & habituros super gratijs, alijsq; prædictis, seu eorum aliquo quoquo modo molestari, turbari, vel impediri, nec quemquam ex eis ad aliqua merita dictæ familiæ, aut aliquas causas, & rationes ob quas prædicta concessa fuerint, minusq; pecunias in solutionem, & extinctionem debitorum prædictorum, aut alias in vtilitatem eiusdem Martij, suæq; familiæ conuersas fuisse, & esse, aut aliqua ex superius enunciatis, vel alias circa præmissa, vel eorum aliquod necessarijs, & requisitis in iudicio, vel extra, probañ, deduceñ, seu quomodolibet

Priuilegia quamplura concessa Montis.

veri-

verificañ, vel iustificañ vllo vnquam tempore teneri, nec in eis contrariam probationem obesse. Vt autem prædicti Montis Passarani regimen, exercitium, gubernium, & administratio rectius, & fidelius geratur; & dirigatur Venerabilem Fratrem Petrum Cardinalem Aldobrandinum Modernum, & successiuè omnes alios pro tempore existeñ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarios in dicti Montis Passarani Protectores, Defensores, & Administratores, cum potestate literas Patentes dicti Montis sub eorum nominibus, & sigillo sibi beneuiso subscribendi, & concedendi, necnon omnes, & quascunque causas super dicto Monte Passarani, vel ab eo quomodolibet dependentibus mouendas per se, vel alium, seu alios ad hæc specialiter deputañ priuatiuè quo ad omnes alios Iudices cognoscendi, & terminandi, ac alia omnia, quæ ad eiusdem Montis Passarani vtilitatem, prouidamq; directionem pertinere cognouerit peragendi: In ipsius verò Montis Secretarium dilectum filium Antonium Dragum de Mercatello Clericum Prouinciæ Vrbinateñ, Computistam autem dilectum etiam filium Alexandrum Antoninum laicum . . . cum facultatibus, ac salarijs, & emolumentis solitis, & consuetis ad eorum vitam, & quoad vixerint, Monsq; ipse durauerit, cum facultate etiam eadem officia per substitutos idoneos eorum arbitrio amouendos, & deputandos exercendi facimus, eligimus, constituimus, & deputamus: necnon venditores, & emptores eiusdem Montis, & illius locorum pro primis venditionibus, & emptionibus à solutione Gabellæ Proxenetici, & Iulij vnius pro quolibet loco, Societati Pietatis Carceratorum assignati liberos, & immunes esse volumus, & mandamus, annuam verò summam pro solutione dotis, & fructuum dicti Montis, vt supra assignatam donec Mons prædictus venditus, & resignatus non fuerit, & pro rata Montis non venditi, & non resignati per eumdem Ducem Martium liberè percipi, & in vsus sibi beneuisos conuerti posse volumus, & declaramus: Decernentes pariter, & declarantes præsentem nostri Motus proprij cedulam, & desuper forsan conficiendas literas, etiam ex eo, quod quicunque interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, seu auditi, aut etiam in

Deputatur Protector Montis Illustrissimus & Reuerendiss. D. S.R.E. Camerarius.

Secretarius Ill. D. Antonius Dragus, & Computista Ill. D. Alexãder Antoninus ad vitam sunt deputati.

in instrumentis, & alijs circa illarum executionem faciendis solemnitates, & alia requisita, & adimpleta, ac seruata non fuerint, aut alias nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu, & ex quouis alio capite, iure, & actione, vel causa notari, impugnari, inualidari, retractari, rescindi, limitari, moderari, reuocari, aut in Ius, & controuersiam adduci, illorumq; effectum, & executionem retardari, vel impediri, aut aduersus illas quodcunque Iuris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, neque debere, minusq; sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, moderationibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus vllatenus comprehendi: sed semper ab illis exceptas, & sub possessorio data emanatas esse, & censeri, semperq; validas, firmas, & efficaces fore, & esse, suosq; plenarios effectus sortiri, & obtinere, nec ad illas in Camera Apostolica præsentañ, & in illius libris registrari facieñ iuxta Constitutionem felicis recordationis Pij Quarti Prædecessoris Nostri, aut alias quandocunque teneri, & nihilominus in suo robore, Iuribusq; & effectu semper persistere, sicq; per quoscunque Iudices ordinarios, extraordinarios, Commissarios, Delegatos, Subdelegatos, etiam Palatij Apostolici, Curiæq; Causarum Cameræ Apostolicæ Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Camerarios, Vice Camerarios, ac eiusdem Cameræ Thesaurarios, Clericos, Præsidentes, necnon Cardinales, etiam de Latere Legatos sublata &c. irritum quoque &c. attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibuscunque testamentis, codicillis, vltimis voluntatibus, dispositionibus, fideicommissis, primogenituris, ac etiam de non alienañ prohibitionibus, tàm ad prædictorum Ducis Martij, eorumq; filiorum, descendentium, hæredum, & successorum, vel aliorum quorumuis fauorem ex quocunque capite quauis de causa, etiam sub pœna caducitatis, & deuolutionis, vt præmittitur, vel alias quomodolibet factis, immò ipse Dux si aliquas pœnas ob alienationes, obligationes, & hippothecas hactenus incurrisset eas penitus tollimus, & cassamus, & ipsas vltimas voluntates ad effectum præsen-

Clausula sublata.

Decretum irritans.

Derogationes.

ſentium opportunè , & ſufficienter , etiam commutamus, ac Pij I I I I . de regiſtrandis , ac alijs omnibus, & ſingulis Conſtitutionibus , & ordinationibus Apoſtolicis noſtra quoque de iure quæſito non tollendo , ac gratijs ad inſtar non concedendis , alijsq; Cancellariæ Regulis , necnon Statutis , conſuetudinibus , decretis , ſtabilimentis , vſibus , & naturis , etiam Iuramento roboratis , priuilegijs quoque , indultis , Literis Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus , & formis irritantibus, & alijs decretis , etiam Motu pari , & etiam Conſiſtorialiter , ac etiam præmiſſa , aut eorum aliqua expreſsè fieri prohibeñ ſeu impedieñ , ac alias in contrariuin quomodolibet facieñ conceſſis , &c. Quibus omnibus , etiam ſi de illis , &c. eorum tenores , &c. pro plenè , & ſufficienter , ac ad verbum expreſſis , & inſertis habentes , hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè , ac latiſſimè Motu , ſcientia , & poteſtate paribus derogamus , ceterisq; contrarijs quibuſcunque.

Sola ſignatura ſufficit.

Ceterum volumus , quod præſentis noſtræ Motus proprij cedulæ ſola ſignatura , etiam ſine data , & regiſtratura ſufficiat , & tàm in Iudicio , quàm extra , regula contraria non obſtañ plenam fidem faciat , & nihilominus Litteræ , tàm in forma Breuis ſub Annulo Piſcatoris , quàm ſub plumbo , etiam per officium Minoris gratiæ cum ſupradictorum omnium , & ſingulorum maiori ſpecificatione , & expreſſione , alijsq; clauſulis neceſſarijs , & opportunis , ac ſolitis , & conſuetis , & alias prout videbitur expediri poſſint. Et quia nimis arduum , & difficile foret , ſiue præſentem cedulam , ſiue literas ſuper ea conficiendas omnibus , & quibus opus foret originaliter exhibere , ac vbique circumferre rurſus volumus , quod tàm pręſentis cedulę, quàm literarum ſi quas deſuper in quauis forma expediri contigerit, tranſumptis & exemplaribus etiam impreſſis manu Secretarij dicti Montis, aut alicuius ex Camerę noſtrę Notarijs ſubſcriptis,ac ſigillo dicti Camerarij obſignatis eadem prorſus fides in iudicio & extra adhibeatur, quę ipſiſmet originalibus adhiberetur ſi oſtenderentur,exhiberentur, vel producerentur.

Subſcriptio Summi Pontificis.

PLACET. MOTVPROPRIO C.

Die secunda Septembris 1607. Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Martius Columna Dux Zagaroli per Illustrissimam & Excellentissimam Dominam Iuliam Columnam eius Coniugem consensit, ratificauit, ac de nouo erexit, dismembrauit, assignauit, promisit, & se obligauit vt supra, sub obligatione Camerali iuramento, alijsque clausulis opportunis, ac deputauit Illustrem Dominum Robertum Primum in Depositarium supradicti Montis Passarani per nouennium, à die prima Iulij proximi computandum.

Ratificatio, & obligatio Illustrissimi, et Excellentissimi D. Martij Columnæ Ducis Zagaroli.

Dicta die secunda, ac die sexta eiusdem Illustrissima, & Excellentissima Domina Iulia Columna Coniux, & Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Comes Petrusfranciscus Filius Primogenitus eiusdem Excellentissimi Domini Martij, proprijs eorum nominibus consenserunt, & vti principales, principaliter, & insolidum accesserunt, promiserunt, & se obligarunt vt supra, sub obligatione Camerali iuramento, & prout in actis, ad quæ &c.

Consensus, & Accessione Illustrissimæ & Excellentissimæ D. Iuliæ Columnæ coniugis, & Excellentissimi D. Comitis Petri Francisci filij primogeniti Domini Martij.

Die decimaseptima eiusdem, Illustris Dominus Horatius Bubalus Affictuarius Castrorum, & tenutarum Oleuani, Gallicani, Passarani, Turris, & Montis Fortini, promisit ex annua responsione Scutorum septem millium debita ex causa affictus Castrorum, & Tenutarum prædictarum soluere singulis annis per nouennium, die prima Iulij proximè præteriti inchoandum, & de semestre in semestre anticipatè scuta sex millia monetę hic Romæ in manibus Illustris Domini Roberti Primi Depositarij Montis supradicti, & pro solutione huiusmodi, cedulam, seu cautionem bancariam præstare, & de triennio in triennium renouare, sub obligatione Camerali iuramento, & alias prout latius in actis, ad quæ &c.

Obligatio Illust. D. Horatij Bubali.

Eadem die Illustris Dominus Robertus Primus Depositarius

Accessio, & obligatio Illust. D. Rober-

ti Primi Depositarij Montis.

rius Montis Passarani vt supra, per nouennium, die prima Iulij proximi inceptum, electus, & deputatus, informatus &c. erectioni supradicti Montis Passarani pro solutione fructuum dicti Montis ad rationem scutorum sex pro quolibet loco, & anno, & de bimestre in bimestre in fine, hic Romæ liberè, & assignationibus etiam exactis, vel non exactis facienda, per nouennium tantum, à dicta die prima Iulij proximè præteriti inchoandum, & vt sequitur decurrendum, & non vltra, vti principalis principaliter, & insolidum promisit, fideiussit, se obligauit, sub obligatione Camerali iuramento, prout latius in actis mei &c. ad quæ &c.

Io. Iacobus Bulgarinus Cam. Ap. Not. de prædictis omnibus rogatus.

ROMAE;

Ex Typographia Reuerendæ Camera Apostolicæ.

M. D C. V I I